



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Annalivm Trevirensium

Masen, Jacob

Augustae Trevirorum, 1676

Liber IX. Ioannes & Marinus Pap. Ludovicus III. Loth. Rex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12542

LIBER IX.

*Ioannes & Marinus Pap.
Ludovicus III. Loth. Rex.*

Nortmanni
majoribus
copiis Fran-
ciā invadunt.
transnosanā.

An. Chr. 882.

Fœdè in om-
nem statum
præsertim
Ecclesiasticū
grassantur
barbari.

Nortmannis Francici soli fertilitate prædarumque dulcedine captis, tum barbara quadam feritate adversus Christianos eorumque sacra incitatis. crevère animi, copiæque ad rapiendum perdendumque paratæ. Nec Francis, quod raptu occupassent, rursum adimere religio erat; nec vincere arduum illos, qui perpetuis seditionibus consanguineas inter se acies colliderent, Et Normannia non ita pridem concessa spem novæ regionis possidendæ faciebat. Ergo sub Godofrido iterum Rege, qui solo præferebat pacem nomine, arma juncto sibi Danorum Principe Sigifrido, per mare Balthicum ingentem multitudinem Rheni ostiis inferunt, ac per Batavos Menapiosque in Brabantiam, ad Atrebatas usque Rhemosque effusi, quidquid Britannicum inter Mosamque occurrit, populationibus, cædibus, incendiis, sacris profanisque monumentis abolitis, everterunt. Ecclesiis præsertim sacerdotibusque, ac sacris Virginibus nusquam parcitum, ut si hoc Diis suis obsequio litarent. Ludovicus priusquam militem tantæ non impari multitudini legisset, jam ipsi prædâ onusti Neomagum ad Vahalim attigerant, locoque in potestatem redacto, hunc, ceu receptaculum prædis exponendis opportunum, munimentis copiisque firmarunt. Hic postquam aleam pugnæ declinassent, aliquamdiu obsidione pressi, denique abutum pacti sunt, si prior Ludovicus cessisset. quod ubi factum, abiêre illi quidem, sed ut victores, everfis funditus, cum palatio ingenti, omnibus; ne quem Ludovico præsidii locum relinquerent. fidi promissorum; sed non absque perfidia.

Verum

Verum exonerati prædis, ante hujus anni exitum, Novembri mense reversi, cis ultrâque Mosam, ad Rhenum Prædis avē-
Mosellamque usque, Trajecto Tungris, Leodio, Aquis, nas cismosa-
Malmundario, Colonia, Novesio, & Bonna, occupatis, vastant.
excisisque, Ripuarianorum agros, finesque Trevirorum
fœdis stragibus implerunt.

Interea sequens sese annus aperuit, quando sepositis 883.
rursum spoliis auctiq; numero intimos Treverici agri si- In Treveri-
nus penetrant, Arduennæ in aditu locupletissimum Pru- cum se deni-
miæ Monasterium, regias complexum opes, exequias- que agrum
que, ipso Epiphaniæ ingressi die, vastatione triduanâ excindunt.
prorsus exhauriunt evertuntque, ac conglomeratâ agre-
stium pro defensione turbam, bellorum rudem, pecu-
dum more trucidant. Hinc latè diffusi Augustæ Tre-
virorum urbi formidandi tantò magis incumbunt, quòd Ludovicus
Rex Ludovicus animi morbiq; ægritudine dejectus, ex Rex moriens
qua postea XIII cal. Septemb. sine herede discessit, de indefensam
fensionis spem nullam faceret. Qua desperatione re- patriam re-
rum illud evenit memoria in urbe dignissimum. quòd linquit.
S. Symphoriani Mosellano in Parthenone à S. Modoa-
do fundatæ Virgines, gnaræ quàm Nortmanni indigna
contra tales perpetrarent, Deum junctis precibus obte- Trevis in-
staræ sint, potius ut mortali hac vitâ intactas eximeret, tegrū Virgi-
quàm barbarorum petulantia objectas, in jurata Chri- num cœno-
sto castitate sineret periclitari. Nec irrita fuere vota, bium amore
triginta dierum spatio morte omnes sublata sunt. Nort- castitatis ex-
mannisque præter Monasterii muros exiguaque spolia tinctum.
nihil reliquere. Qui tamen ita mortuas etiam vindica-
turi Parthenonem funditus exciderunt. Neque enim
solos homines, verum & religionem everfam cupiebant.
Unde quidquid sanctarum Reliquiarum nomine exi- Reliquiæ SS.
mum erat ac singulare, hoc jam ante sub terra fuit ab- passim sub
ditis in recessibus conditum, lamellis ex plumbo, quæ terra recon-
inscriptione suâ distinguerent adjectis. Et providus ditæ.
hic labor fuit. Nonis enim Aprilis Trevirorum, ut Re-
gino loquitur, nobilissimam civitatem, quæ annis jam
quadringentis sub Francorum & Austrasiorum Regibus
pristi-

Treviris per
400. annos
intacta per
Nortmannos
excinditur

S. Paulini ba-
silica contra
flammas per-
stat, tumba
soluta hæret
in aere.

Deprimentes
tumbam pu-
niuntur.

Treviris
flammas con-
sumpta.

pristinum utcumque decus instauraverat, hostes ingre-
si, ipso sacratissimo Cœnæ Dominicæ tempore, ad ever-
tenda cum incolis sacra basilicaeque, manus ferro flam-
misque armatas admoverunt. Verùm ad D. Paulini
ædem cum frustra ignes congererent, tandem, ut in vi-
ta Felicis referunt, indignati cryptam subeunt, & Sancti
illius Defensoris tumbam ferreis ex alto catenis suspen-
sam moliantur subruere. Et diffractis quidem vi dis-
jectisque vinculis, cum hæere medio aère sine fulero
aut nexu tumbam, nec loco dimoveri vidissent, attoniti,
æu præsentis Numinis ope, retrò pedem tulere, veriti
ne eadem virtute obnixi defigerentur. Nec horarium,
aut unius diei prodigium fuit, hæsit immobilis loculi
moles annis plurimis, in undequaque affluentium, ve-
nerantiumque populorum affluxu, dum temerarii qui-
dam sacrilegis tumbam manibus in subjectam humum
depresserunt, quo facinore totius Ecclesiæ, non sine
manifesta Numinis offensione confusa facies, & caligi-
ne incumbente extincta templi Monasteriique vicini lu-
mina, sacrilegique obortis deprehensi tenebris, maloque
immedicabili correpti, non ante pestilentia, quam vita
soluti sunt, exemploque posteros docuerunt, Deo San-
ctisque impunè nunquam illudi: longas Regum manus
esse, sed Dei immensas.

Eadem in æde cum vacuum panderent loculum, vi-
vum quem ex captivis tenebant hominem eidem in-
cludunt. qui postea, ad D. Paulini invocationem,
vitam sepultus retinuisse incolumem compertus est.
Urbs prædis exhausta, consueta Nortmannorum im-
manitate, injecto igne consumpta est, cum eis curæ ef-
set, nequid mortalium quispiam præter ipsos posside-
ret, ut qui in aliena etiam calamitate suam felicitatem
collocarent, in suprema cupiditatis, & invidiæ apice con-
stituti.

Hinc Metas digressi Walonem loci Episcopum in
stru-

stru
Tr
mi
ter
nic
virt
que
non
cini
tatis
culi
emo
C
host
nos
natu
tium
tra,
dore
colat
ptin
men
in do
gefri
lucul
diem
Et
Arch
defun
verita
stanti
graph
idus F
dantur
Episco
Walon
schalib

fructo sibi occurrentem milite viderunt, cui Bertolphus
Trevirorum Antistes Comesque Adelhardus, cum do-
mi frustra fuissent, suas copias adjunxerant: ut aliena sal-
tem tuerentur, qui nequissent propria. Acriter ad Re-
michium pugnatum est, sed multitudine potiùs, quàm
virtute Nortmanni victores, cadente Walone, ceteris-
que intramœnia receptis, suam in Metas vim experi-
ri non sunt ausi. Sanctæ illud Glodesindis Virginis patro-
cinio Metenses tribuunt, cujus sacrum corpus, ad versi-
tatis imminentis tempore, oleum, ceu lacrymas, ab o-
culis profudisse observarunt. ac si his divinum Numen
emollitum sentirent.

Carolus Imp. intellecta fratris Ludovici morte, &
hostium irruptione, ex Italia cum exercitu, Nortman-
nos periculosa certamina declinantes, in castris irrito co-
natu oppugnare aggressus, tandem in familiare confor-
tium Godefridum admittit, Christiana eidem suadet sa-
cra, ac Gislam Lotharii Regis filiam, cum Frisæ totius
dote offert, si religionem non aspernetur, amicitiamque
colat. Non displicuit barbâro liberalis oblatio, & ba-
pulum, & puellam cum Frisæ possessione admisit, im-
mensa etiam auri pondere gazisque Ecclesiæ Metensis
in donum oblati, adeoque cum suis ipse in Frisiam, Si-
gefridus in Daniam recessit, lætus maximis flagitiis tam
luculenta etiam præmia decerni, & quæsiturus prope-
diem, quâ arte paria aucupetur.

Et hæc etiam calamitas properasse Bertolphi Trev. 884.
Archiepiscopi mortem est visa. Siquidem is multis Bertolphus
defunctus malis, vita quoq; minimè mala, per varias ad- Archiep. mo-
versitates probata, defungi IV. idus Febr. cœpit. ossa ritur strenuus
stanti adhuc D. Paulini Ecclesiæ illata brevi hac epi- Ecclesiæ suæ
graphie, gaudent ☉ Bertolfus Trevir. Archiepisc. IV. ☉ id est, defensor.
idus Febr. Ejus beneficia in Ecclesiam Trev. lau- mortuus
dantur diversa, tum quod jura autoritatemq; ipsius per est.
Episcopos suffraganeos labefactam, strenuè vendicavit,
Waloni Episcopo Metensi accepto Romæ pallii usu Pa-
schalibus festis interdixerit, nec nisi metropolitani

consensu arbitrioque indulserit : Dadonem quoque Viridunensi Ecclesie à Ludovico, & Pontifice datum, non aliter nisi suo accedente suffragio sustinuerit : tum quòd Marciam, seu ut hodie Marcetum vicum, ad Sabram annem, à Rege Ludovico coemptum Ecclesie bonis adjunxerit, rebus ipsius honoribusque ex æquo consulturus.

Ratbodus
Arch. ex Me-
diolaci Ab-
bate.

Ratbodus ex consueto Archiepiscoporum seminario graduque Abbatie Mediolacensis, naturæ doctrinæque egregiis ad hoc munus dotibus instructus accessit. cuius suffragio & consecratione Robertus quoque Ecclesie Metensis gubernaculis post Walonem admotus est.

An. Chr. 335.

Stephanus
Pap. usum a-
quæ & ferri
candentis
improbat.

Quando haud multò post Romæ Stephanus VI Apostolicæ sedi impositus usum aquæ ferrique ferventis, ad probationem innocentie adhiberi soliti, datis ad Luitbertum Moguntinensem Archiepiscopum literis, velut superstitiosum improbatum quidem; sed nondum profusum sustulit; quòd vetustarum perinde consuetudinum atque arborum radices difficilè funditus eruantur.

336.

Godefridi
Regis & Hu-
gonis affinis
ambitio pu-
nita.

Sequens annus Godefrido Nortmannorum in Frisia Regi postremus fuit, qui dum ampliora possessis capteret, omnibus cum vitâ excidit, sorte ambitiosis saepe Regibus præparata. Hugo Lotharii ex Waldrada filius conjugis Gislæ Germanus, Lotharingie obtinenda cupiditate flagrans, affinem Godefridum consilii socium adiutoremque flagitat, semisse possessionis oblato, quòd Lotharii hanc soboli deberi contenderet. Godefridus pari æstu raptus ad Crassum legatos destinat, queriturque sterilem sibi, vini que exsortem regionem obvenisse, quâ tamen abundet ipse, ideòq; Confluentes sibi Andernacum, Sinzigiumque concedi postulat. si negaret vi petiturus; si daret usurus ad transitum. Carolus, quasi indulturus, per Everhardum Comitem ad Bataviam iavitat pro transactione Insulam, ibique conclusum trucidat. Hugonem verò interceptum excecavit, tumque Reginoni, hujus historiae scriptori, Prumicall Monasterio mancipandum, tradit ubi cæcus suam ambitionem

bitionem videre ac luere coactus est. Salutari oculorum caligine, ad quam perspicacior animus cœpit illustrari.

Ornabat hoc tempore Prumiam Ansbaldus Abbas sanctitatis ac religionis famâ, quem proximus annus cœlo morientem, ut spes est, intulit. Illi rem divinam facienti hisce locis celeberrima fors delata est. Nittardus vir Francus ex Hynnapiæ vico, haud procul à Guisfia Ducum nobilissimorum sede, dives improlisque cum uxore Erchanfrida deliberaverant, cui potissimum bono ex divina voluntate amplissimas opes destinarent; quando denique ea sedit animo sententia, conscriptæ donationis schedam sagittæ alligatam, missuros in altum, quôque transtulisset Deus, eo & possessionem transferendam. Hæc igitur stanti ad aram Ansaldo per fenestram ante oculos delata, & mysteriis absolutis lecta, cum & locum unde mitteretur, & beneficium oblatum panderet, admirabilem Dei providentiam, erga afflictum nuper à Nortmannis Monasterium ostendit. Missis igitur ad acceptandam hereditatem legatis, humanæ liberalitatis, & divinæ ordinationis memorabile pignus adiêre. Et sagitta hodie dum, & facultatum quædam portio cœnobitis superest, nec facti tam singularis recordatio posteris excidere potuit. Ita lenire ex insperato afflictionem Deo familiare est. Qui Deum non deserunt, à Deo non deseruntur.

Nortmannorum tamen, ceu impastorum pecorum ex stabulo emissorum, his metis cupiditas non stetit. Lovanii, postea Belgarum Athenæo, sedem probè munitam pars illorum fixerat, quo quidquid per utramque Belgicam prædarum collectum congefuit. Hinc deinde auctis viribus in Neustriam Parisiosque effusi, Lutetiam, ceu caput regionis, obsidione premebant. Carolus ubi semel iterumque profligandis hostibus vires omnes frustra consumpsisset, quamvis Lutetia patrocinio Sanctorum Germani & Genovesæ, defensorumque fortitudine staret, Neustriam illis habitandam, ultra se-

An. Chr. 887.

Prumienfib⁹
hereditas ex
Francia per
sagittam
transmitti-
tur.

Nortmanni
alii Lovanii
sede fixa hinc
Parisios tran-
seunt.

888.

Carolus ob-
latâ Nenstriâ
pacem ab iis
redimit, ubi
deniq; fidem
accepere.

Q 3

quam

quam concessit: ratus consultò membrum ex regni corpore amputari, ne totum perderetur. Fuitque hæc salutaris Nortmannis regio, quando religionem simul Christianam hausere, Herveo postea Rhemorum Antistite suam eis ad hanc rem operam collocante. Raro exemplo, quo raptoribus pro supplicio salus rependitur.

Richardis immeritò de adulterio suspecta à Carolo relegatur.

Carolus positâ ad pacis usum galeâ ubi domum revertisset, quorundam traductorum malevolentia Richardem conjugem, quam intactam ipse reliquerat, de adulterii consuetudine cum Luidvardo, Vercellensi Episcopo, aulæ facellano, suspectâ habere cœpit, nec admittâ purgatio, quam in candentis ferri contrectatione, aut singularis etiâ certaminis experimento deferbat, relegatus in exilium Episcopus, libellus repudii Richardi datus est.

Parthenonē in Alsatia excitat & ingreditur.

Quæ calamitate hac ad sanctiorē usâ vitam, Christo sese illibatam stitit, & postquam Ticini in Italiæ Parthenone S. Marini rudimenta perfectioris vitæ posuisset, in Alsatiam à morte Caroli reversa Andalaviense istic Asceterium SS. Fabiano ac Felicitati sacrum erexit, sequenti inibi ad mortem usque condidit, laudabili viventium sepultura, quam felici demum morte, ad XVIII. Sept. memoranda, coronavit. Fortunato planè divortio, quo meliori est sponso consecrata.

Crassus ad imperium ineptus deponitur, de feriturque, suffecto in locum Arnulpho.

Hoc sani in Carolo adhuc animi deliramentum visum est. Cum deinde mentis consiliique vigor hebescere, ac suis obtorpescere in vitiis, profususque imperio administrando Germanis proceribus ineptus cœpit videri. Quare cum Lotharingæ Optimatibus, comitio Triburiis, haud procul Moguntia, instituto, imperium Crasso derogatum, in Arnulphum Carolomanni Bojarie quondam Regis ex pellice, filium, transferunt. Quæ res Crassum primò quidem rerum necessariorum inopiâ ad Augiæ Monasterium, deinde haud multò post ad tumultum transtulit. graviore, quam ille Richardem innoxiam perculit, divortio regni, amicorum, opum ac vitæ denique multatum. Tam facili immortalis Dei

nutu, mortalia hæc omnia subruuntur; quibus diu fi-
dentem non decipi inter prodigia haberi potest.

Et Arnulphus quidem Germaniam ac Lotharingiam
tenuit. In Italia diversi principatum, Imperatorisque
etiam nomen, sed impares his titulis, prensabant. in
quibus Ludovicus Bosonis Mediolanensis filius, Be-
rengarius Foro-Julienensis, Guido Spoletanus. & hic qui-
dem à Pontifice coronatus, Lamberto filio haud mul-
tò post diadema reliquit, quod tamen, post regni sui
quadriennium, Arnulphus, in Italiam transgressus, ma-
jori ad se jure ac dignitate transtulit. In Galliis verò
deficiente regia stirpe, præter unum Carolum, postea
simplicem dictum, quem Ludovicus Balbus posthu-
mum reliquerat; sed adhuc regnandi ex ætate incapa-
cem, nemo supererat: ut Arnulpho intra Lotharingiæ
terminos acquiescente, Eudonem primò, strenuum Pa-
risiorum adversus Nortmannos defensorem, Regem,
tutoris tamen prætextu, inunxerint; denique ad Caro-
lum, ac postremo ad Ludovicum ejus filium, ex Anglia
reductum, idèoque transmarinum appellatum, regni
insignia detulerint.

Moguntia subhæc, lubente Arnulpho, Synodus Epi-
coporum inter quos & Ratbodus Trev. cum Williber-
to Coloniensi, convenit, in qua & Sacerdotum egre-
giè vindicata autoritas, & Regis officium munusque
disertè est explicatum. tum gravissima totius reip. &
Ecclesiæ per Nortmannicum bellum inflicta vulnera,
magis ostensa fuere, quàm sanata. quòd imminentes
etiamnum barbarorum gladios suis cervicibus formida-
rent, plagamque pro remedio expectarent gravio-
rem, cum jam Trevis succensis, in Tullensem ac Viridun-
sem sese agrum effudissent, atque ex propinquo rui-
nam minarentur.

Ratbodo tamen Arnulphus in solatium cladis pristi-
næ Trajectensem S. Servatii ad Mosam Abbatiam so-
lenni diplomate, anno regni sui secundo, ad cal. Julii
consignavit.

In Italia di-
versi Imperii
affectant; do-
nec Arnulphus
idem occupa-
pat.

In Gallia ab
quoque Caro-
lingis in-
tercedunt.

An. Chr. 839
In Synodo
Moguntinē-
nensi. Ratbo-
dus adest.

890
Trajectensis
illi Abbatia
S. Servatii
donatur.

Q

Quando

891
Formosus Rom. Pontifex in Germaniã fugit. Quando haud multò post Romanus Pontifex Formosus Scigianorum in urbe factione iactatus Ratisbonã ad Arnulphum confugit, ubi eundem Ratbodus conveniens præfens gravissimis ceremoniis quibus B. Emmerant Martyris Ecclesiam consecravit. Hoc loco opem Arnulphus Pontifici, & hic coronam Arnulpho promissam se est visus.

892
Nortmanni victores Lotharingorum ingenti clade ab Arnulpho profigantur. Sed hunc morabantur adhuc irrumpentes in Germaniam Sclavi, & in Lotharingiam Normanni. illis seipsum, his Lotharingiæ proceres armatos opposuit. qui atroci prælio, haud procul Trajecto ad Mosam cum eisdem collisi, cadente postremùm Sunderoldo, seu Sunzone Moguntinensium Archiepiscopo, cum Arnulpho Comite, palmam campumque tenuere. Recognitã Arnulphus ex Bojaria cum ingenti orientalium Germanorum manu eos Lovanium usque profecutus, & cum aleam pugnae detrectarent, in ipsis adortus castris tantã cecidit strage, ut cum utrisque Regibus Sigefrido ac Godefrido, confecti ad centum millia, vix nuntium eladi superstitem fecerint. Cujus victoriæ memoria hodièque apud incolas cal. Septembris perennat. Et jam

893
Prumia rursum ab eis excisa, multique religionum facti Martyres. hac sentina hominum exhaustisse Belgium credebatur, quando anno insequenti, absente Rege, qui ad classem & paludes hæserant, suis è latebris in ultionem emicant, & quidquid Rhenum inter Mosellamque repertum est, aut in spoliū, aut in excidium vertunt. Prumiam rursum Arduennamq; profugorum depositis plenam, ceu odore prædæ tracti, pervadunt, exhauriuntque. atque illic quidem Faraberto Abbate cum nonnullis fugã elapsos, ceteri religionum familiariumque ferro truncati sunt. Quorum memoria apud posteros in laudem Martyrum celebratur.

Regino historicus & Abbas Prumiensis demũ in S. Maximino privatè moritur. Farabertus tot malis iactatus, ceu tempestatis sustinendæ impar, *Reginoni*, nobili hujus ævi, locique historico, clavum cessit, non tamen perstituro in munere, quod facilius esset calamum illi, quàm pedum, sine aliorum obtrectatione, regere. quamvis alienæ ambitioni,

artibusque Gerardi & Matfridi Comitum, Richario fra-
tri hunc locum destinantium, cesserit, excefferitque de-
mum privatâ ad S. Maximinû, Trevericos juxta muros,
vitâ: insigni prudentiæ & moderationis laude commen-
datus; aptâ & valiturâ regentium dote, si par fuisset ha-
bilitas regendorum: & effrenes equi bonos aliquando
rectores non excuterent.

Ratbodus laxatâ, ut per bellum evenit, Ecclesiasti-
corum disciplinâ, provincialem Metis Synodum insti-
tuit: ubi Roberto Metensium, Dadone Viridunensium,
& Arnolde Leucorum Episcopis suffraganeis, aliisque
Prælati Comitibusque assidentibus, decretum est: ne
quis sacerdotum plures simul Ecclesias administret: ne
clericis arma ferre liceat, malè turbulentis hisce tempo-
ribus usurpata. Judæorum denique, Metis invalescen-
tium, consuetudine, in cibo præcipuè annonâque su-
menda, abstineant. Denique tridui supplicatione pro
regni Regisque salute conclusum est.

At Comitibus Wormatiensibus, postquam Zvvende-
boldum fil. nothum constituisset Arnulphus Lotharin-
giæ Regem, & Triburii in Synodo Ratbodo cum suffra-
ganeis Episcopis præsentem, quinquaginta canonibus Ec-
clesiæ disciplina instaurata esset, Rex in Italiam dissi-
dentem processus, cum Roman adversariorum armis
reperisset clausam, perfregit tamen, leporis, ut ferunt,
fugientis vestigia militibus ad muros usque consecran-
tibus, quos, custodibus ut reperissent vacuos, sibi patere
rati, transierunt, ductore lepore victores, & coronam
promeriti muralem. Hos consecutus Arnulphus For-
mosi Pontificis hostes oppressit, præmiumq; operæ co-
ronam retulit imperialem, Lamberto cedente, & haud
multò post in venatione ab Hugone Mediolanensi in-
terempto, ut venatorius id temporis lusus videatur, im-
peratorio diademate tam donari, quàm excidere.

Sed Roma Arnulphum Præsulibus & Monasteriis
Trevirorum, quorum opes dignitatemque, vel ipse, vel
filius

Metensi Sy-
nodo salu-
bria de cleri-
cis & Judæis
decernuntur.

An. Chr. 896.
Zvvendebol-
do Rege Lo-
tharingiæ
constituto,
Arnulphus
Roman pro-
fectus victor
coronatur.

Uterque Re-
gum parum
benevolus
Monasteriis.

filius carpsit, benevolentio rem non reddidit. Cum, more Francis antiquo, quod alii Regum Procerumque liberaliter contulerant, alii Ecclesiæ raperent, prælaturisque ceu pilâ luderent, nunc in seculares, nunc in religiosos translatis.

Duci Megingaudo S. Maximini Abbatia delata, non sine vindicante Deo, fuit.

Ita Erkenberto S. Maximini Abbati Dux Megingaudus ab Arnulpho, frustra reclamantibus Monachis, substitutus est. Sed Deo injuriam ulciscente, cum enim Dux per ludibrium uxori suæ exponeret, locupletem sese hodie famulum, suæ deserviturum familiæ, nactum esse Maximinum; horror ad impias has voces, & uxorem, & Ducem corripuit: atque hunc tanta è vestigio membrorum secuta contractio, ut, in globum convolutus, vix jam ultra præ se hominis ferret speciem.

Dux punitus eidem renuntians benefacit.

Agnovit Dei Sanctique manum vindicem, supplexque votis omnibus ante hujus aram delatus, non desit illius sese devovere, ultimis etiam, obsequiis, ac Domini servum, cujus se ante servi Dominum arroganter enunciarat. Accessere deinde obnixæ Religiosorum preces; ut sibi restitutus, dignitate huic Abbati non renuntiaret solum; verum etiam donationem Ribinacæ villæ ex regali fisco adjectam ab Arnulpho obtinuerit: quamvis extorquere Regi jus Abbatis constituendi non potuerit.

Ex fundis S. Willibrodi ditantur Comites, qui postea Lutzburgici dicti.

Epternacensis quoque Monasterii res haud leviter accisæ sunt, quando ad regii exercitus adversus Nortmannos supplementum, ex fundis D. Willibrodi Comitatus Lutzburgicus sensim erigi, alterque Hollandiæ ad limitum custodiam subnasci cœpit, ut his velut ad bellum defensionemque præstandam Regis Comites alerentur: illo facti prætextu, quod Monasteria adversus Ecclesiæ hostes propugnanda, his opibus tutarentur.

An. Chr. 897. Sed dum alibi Ecclesiæ fortunis decerpitur, accret sit in oppositis diœcesis Trev. transrhenanis limitibus alibi. Nam par illustrium fratrum, ex Alsatia, Hermannus & Udo, cum venationi in campis vacant Wetzlar

riensibus, loci amœnitate capti, basilicam illic collegiumque non ignobile Canonorum erigere, nec ingratum Deo, neque indecorum sibi arbitrati sunt; consiliumque, ut cœperunt, sic executi sunt. ante tamen morte occupati, quàm ædem sacram absolverent, locupleti agrorum circumjacentium dote in usum relicta. Horum, quod Austriacæ familiæ esse Comites Maximilianus Cæsar sentiret, epitaphium secum cœnipontem avo superiori transtulit. adeo virtutis nobis in Majoribus grata memoria est, quam in nobismetipsis sæpe negligimus. Archiepresbyter hujus olim ante Lutherum Ecclesiæ XCII. pagis, cum oppidis quibusdam, jure sacro præsidebat: nunc Canonicis paucis, ac Virginum Parthenone Romana in fide stantibus, cetera hæresis decerpfit, quando hanc partem Treverici corporis, ceu gangræna quædam, occupavit. Zuendeboldus interea Rex, ut natalibus, sic moribus degener, cum per tyrannidem pleraque in sacris profanitque administraret omnium in se odia vertit. Quare Comites regno præfectos Stephanum, Odoacrum, Gerardum, & Matfridum imperia detrectantes, ducto Treverim exercitu honore atque opibus spoliavit (in quibus & Horrei Trevirensis, & D. Petri Metensis præfecturæ erant, his, pro Regum ejus temporis licentia, concessæ) Quanquam ea fuerit Ratbodi apud Regem tunc reverentia; ut Trajectensem, quam Arnulphus pater concesserat, Abbatiam, à Reginario Comite cui attribuerat, repetitam, cum nova, ut ajunt, investiturâ, diplomate firmatâ, reddiderit. Quod jus sibi à Carolo Magno usque, qui ab Adriano Pontifice ob singularia in Ecclesiam merita retulerat, constanti usurpatione vendicabant. Sequenti Rex idem anno, summæ ædis apud Treviros Canonicis immunitatem, ab omni onere hospitalitatis, quo regii sæpe gravabant, & jurisdictionis secularis, quæ in eorum personas aut bona exerceri, sine assensu, aut voluntate Episcopi posset, liberos decernit. Verùm hæc beneficia aliis Rex maleficiis non rarò corrupit:

Contra ab aliis Wetzlarisenses Canonici & Ecclesia fundatur.

An. Chr. 898
Zvendeboldi tyrannide Comites opprimuntur.

Ecclesiæ Trevericæ bona & immunitatem tuetur.

Alibi tamen jura Ecclesie violat, & Ratbodum sibi obnoxium percutit.

Ludovicus Arnulphi filius ad regnum evocatur.

900

Zvendeboldum Comites vincunt, obtruncantque.

S. Maximinus profus incorruptus invenitur.

rupit: adeo, ut jura Ecclesiastica violantem, & Fulco Rhemensis Archiepiscopus gravissimis apud Pontificem aliosque literis accusarit, & Ratbodus liberiori eundem castigatione perstringens fuste in caput impaeto rejectus fuerit. Quocirca primo obnixa regni Lotharingie proceres, Carolum Francie Regem invitant, sed cum hic exercitu in Lotharingiam ducto, seu desperatione, seu mollitie animi Zuendeboldo pacem regnumque, quamvis viribus potior, reliquisset, ac mortuum Arnulphus Imp. Ratisbonae defunctus Germanie regnum Ludovico aperiret filio, alia se spes ostendit. Etenim hunc Forchemii anno proximo coronatum optimates regni Lotharingici, Theodonis villam evocatum, in suum quoque Regem cooptant; ac Zvendeboldum, cum perditorum manu frustra obnitentem, Stephano, Gerardo, & Matfrido Comitibus adversum missis, iuxta Mosam prelio victum obtruncant, grato his spectaculo, qui privato simul publicoque odio exoptata litescent victimam.

Memorabilis inter haec anno 898 D. Maximini, superiorum temporum injuria, reconditi, suaque ignorati latebra, inventio Trevirorum laetitia cumulat. Instaurabant nonnulli basilicae per Nortmannos vastatae ruinas, cum subsidente ad unius sub pondere incessum pavimento, hiatus subteraneus gratissima odoris fragrantia respirabat. Religiosi, quod res erant suspicari, Ratbodo Archiepiscopo rem manifestant. qui post triduum jejunium precesque, magna populi supplicatione ingressus, locum suis aliorumque manibus detegens, ex marmoreo monumento loculum eduxit cypressinum, quo recluso omnia apparere corruptionis expertia, vestes juxta, corpusque, ut si ipso die fuissent condita. Cumque intueri ex vicinia non omnes possent Ratbodus ex superiori loco, pallium stolamque integerrimorum ad pietatem concivit motus, jussitque hunc inde illis, posterisque diem esse festiva recordatione celebren

celebrem, quem ad VI cal. Junnii Notokerus in Martyrologio reponit.

Lodovicus regno initiatus Ratbodum, Trev. Anti. An. Chr. 901. sitem, sibi, autoritatis maximæ senem adolescenti, Ludovicus conciliandum duxit. unde Circium illi Orsivelsium, Rex Circium & Orsivelsiū que cum finitimis prædiis inter Saram Mosellamque, Ratbodo offerunt. dono obtulit; ac deinde anno 902 monetam, ut in diplomate ait, ipsius civitatis, telonium, omnéque tributum, intra civitatem & extra, per omnem comitatum, de monasteriis, & villis, & vineis, sed & cunctos censuales Jus monetæ, vectigalium, & medenam agrorum de comitatu ad tributorum, Episcopatum, cum omni integritate convertimus, & de censuū reddito Ecclesiæ nostro jure ad partem & potestatem S. Petri reddidimus (unde apparet hæc jura ante pertinuisse, & per & Archiepiscopo Zuendeboldum aut alios fuisse averla) ejusque domino scopo à Comite sublatū. per hoc serenitatis nostra præceptum sancientes, perpetua stabilitate firmiter nuncupavimus, præcipientes obnoxie ut sicut hæc omnia Comiti (qui in civitate Regis absentis vices sustinebat) solvebant, sic à die presente deinceps in perpetuum in potestate permaneant Pontificis. Et ut hæc nostra largitionis, seu redditionis (quod notandum est) firma & inviolabilis, per cuncta succedentia tempora, consistit, manu propria eam firmavimus, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Data Cal. Octob. anno Dom. Incarn. DCCCCLII Indict. V. anno vero III. Domini Ludovici gloriosissimi Regis Actum in villa Wadezinga, in nomine Domini feliciter, Amen.

Justitiæ igitur non minus, quàm liberalitatis opus fuit, dare quod non obtineret, & reddere quod erat ablatum. At laudari temporum vitio in Rege non potest; quod Conrado & Gerardo Franciæ orientalis Comitibus, Horreum nobilium puellarum, & D. Maximini Monasteria, à Gerardo & Matfrido Zuendeboldi victoribus Præfecturas tamen Monasteriorum occupata, novo, sed iniquo munificentiae genere detulerit. Reddenda hæc quoque suæ erant Ecclesiæ, non malè in fratrem transferenda. Quamquam hæc, ut fluxa est Regum gratia, fert.

gratia, in Gerardum ac Matfridum, parum honestè delignare visus est, cum ex occupatis illorum spoliis Conradum fratrem ditaret. quod nec sine gravi Trevirorum concussione est impetratum. contra quos Conradum ex fratre nepotem, Germaniæ postea Lotharingiæq; Regem, cum exercitu destinavit, ferroque ac flammis Comitum villas ac prædia vastavit. eisque denique bello fractis Metensi in comitio exilium denuntiavit. Nullâ quidem horum injuriâ, qui Ecclesiastica sine jure bona occupassent; sed nec Regis justitiâ, qui indignis eadem largiretur. Tam pronum est rerum potentes æquitatis prætextu iniqua perpetrare, & virtutem virtutis obtendere.

905

906
Hungari incogniti hætenus se Germaniæ & Lotharingiæ inferunt.

Vogesus à religiosis describitur.

907

Romariici mons apud Tullenses surgit:

909

Ecclesia Limburgensis ad Loganam Brechenæ agris à Rege donatur.

Innotuit hoc tempore inexploratum Germaniæ hætenus nomen Hungarorum, qui ex Pannonia in Italiam, atque hac vastata in Bojariam, Saxoniam, Thuringiam, ac Lotharingiam, tantâ sese immanitate effudere; ut horrorem sui nominis (quod aliis è Scythia, aliis ab Hunnis Avarisque traductum videtur) latius multo, quam arma propagarent. Hi cum ad Vogesi eremum, ac penetralia se effunderent, S. Romariici, tam Virorum quam Virginum cœnobium, cum ejus Divi, tum Amati etiam, & Adelphi, Reliquiis, sese Tullensi ditioni, ultra Mosellam, intulere. ubi Drogone Episcopo loci (qui Ludhélmo nuper Maximiniano, egregiâ laude defuncto, successerat) favorem opemque præstante, Monasterium sanè magnificum excitarunt. quod oppido deinde auctum, palatioque, jam olim regio nobilitatum, Romariici Mons est appellatum.

Ludovicus etiam Rex, quamvis iniqua bellorum tempestate jactatus, tamen his aliisque ad honorem Dei Sanctorumque ejus surgentibus ædificiis, Ecclesiisque non defuit. Ita anno salutis DCCCCIX. trans Rhenum in limite diœcesis Trev. quâ Moguntinensem & Hassicam ditionem, ad rivum pagumque Loganæ tangit, Conradi Franconiæ Ducis, & Hattonis Archiep. Moguntini rogatu, opimos Brechenæ indulget Ecclesiæ

Lime

Limburgensi agros. quam cum collegio Canoniorum Illustris illic
 illustri prorsus erigebat opere Conradus eius loci Co- Ecclesia &
 mes. Perstat etiamnum nobilissimæ basilicæ Georgiæ Collegium
 næ pluribus turribus & singulorum mûrorum artifi- Canoniorû
 cio exurgens species, & autoris sui liberalitatem mag- à Conrado
 nificentiamque mûto lapide contestatur. Indulserat Comite ere-
 jam ante, non impari Rex beneficentia, anno salutis cta.
 908 ad 3 idus Octob. Andernacensem Ecclesiam, cum
 annexis quibusdam possessionibus, Ratbodo. Verùm Andernacens-
 ulterius denique munificentia spem mors immatura sis Ecclesia
 juvenis, sine prole decedentis, succidit anno DCCCCXI Ratbodo
 mense Decembri. Ergo ad Ottonem Saxonie Ducem, data:
 cujus sororem Mathildem Ludovicus duxerat, vota An. Chr. 911:
 Procerum spectabant; sedis raro exemplo, ætatis ta- Ludovico
 men gravioris obtentu regiam defugit purpuram, Rege mor-
 quam multarum esse curarum velamentum non igno- tuo Conra-
 tabat, passusque illam est ad Conradum Franconie Du- dus Nepos
 cem, Ludovici Regis ex fratre nepotem, deferri. Qui succedit.
 & principio Lotharingie regno præfectus, illud per 912
 Giselbertum Ducem, acerrimæ indolis juvenem, admi- Giselbertus
 nistravit. Hic Reginario Comite Epternacensis Abba- ab eo Dux
 tiæ domino natus, ad majora subinde aspiravit, ac Lo- Lotharingie
 tharingiam sibi adversus Conradum Regem, aliis quo- præficitur.
 que Principum in Germania rebellantibus, vindicare
 tonatus est. Sed dum ipse ambitione nimia altiora se
 prensat, & Conradus Hungarorum vi atque excursionem
 avertendâ, fortè & ignavia regnandi distinetur, Lotha-
 ringie proceribus Carolum Simplicem Galliarum Re- 916
 gem accersere, ac summa sibi potestate perficere vi- Corolus Sim-
 sum est. Quem anno dehinc altero Theodonisvillæ plex è Gallia
 commorantem Ratbodus officii honorisque gratia con- ad Lotharia-
 venit, atque exoptatum huic Ecclesie Metropolitanæ gia regnum
 D. Petri Canonicis diploma obtinuit. quo ipsi tanquam evocatur.
 summo regni Cancellario & Archicappellano aulae con- Ratbodus
 teditur, ut post hujus Antistitis (verba diplomatis sunt) Regis sum-
 obitum, quemcumque Trevirensis Clerus & populus, de mus Cancel-
 propriis ejusdem Ecclesie filiis, pari consensu legerint, larius & Ar-
 chicappella-
 absque eius impetrat

ab eo jus electionis liberum Clero & populo.

absque ulla cuiuslibet contradictione; ille, Deo favente, eis Episcopus detur; nec ulterius contra eorum libitum, contra canonicam auctoritatem, quenquam non optata persona cogantur suscipere Pastorem: Et si fortasse, quod futurum minimè creditur, in ipsa Ecclesia inveniri talis non poterit. . suscipiant quemcumque voluerint aliunde eligere. si hoc quoque evenerit, quod in quorundam Episcoporum electionibus contigisse dignoscitur, ut vota eligentium divisa dissenserint, ei parti, in qua Clerus, & melioris intentionis viri consenserint. . regalis faveat auctoritas. &c. Data die Augusti anno Dominica incarnationis DCCCCXVII Theodonisvilla.

An. Chr. 917

Hoc igitur tempore translata à Regibus ad Clerum & populi obtimates Episcopi fuit electio: quanquam ille sua hanc voluerit auctoritate in controversa electione definire.

918
Ratbodus
moritur succedente Ruotgero, dignis inter regibus electio- nis Principes laudibus ornandus.

Nec multò post ejus libertatis indultæ usus fuit. Quando enim Ratbodus anno proximè instquenti de- fuit vivos inter III cal. April censi, Clerus populus- que non expectato Regis imperio, jure suffragiorum communi Ruotgerum, ab eruditione aliisque donis abundè instructum, Antistitem crearunt. Et Ratbodi incli- ta sanè apud Treviros, tum locupletatæ possessionibus juribusque Ecclesiæ, inter præstantissimos Episcoporum, perstat memoria: quam & anniversariam olim Clerus habuit. Ejus munificentia D. Paulini basilica gaudet, in oratorio Wilre adjunctisque agris, & decumis, in

D. Paulino & Epternacensibus opem tulit.

Novianto, aliisque Gaurici campi possessionibus. Ep- ternacensibus quoque id temporis Canonicis, ut præ- dia, ad Principum arbitrium transferri solita, postlimi- niò redirent, à Zuendeboldo impetravit: Ostenditque exemplo suo Majorumque, & Reges hac Ecclesiâ dignos Episcopos, seculari quamvis scrutinio, deligere potuisse. Cum vix quisquam, licet improbus, reperiri- que virtutem non æstimet, atque in Ecclesia Dei cens- feat præferendam; inter Electores verò plures, privata non rarò utilitas publici rationes boni subvertat.

Conte

Conradus Germaniæ Rex Hungarici calamitatibus 919
belli jactatus tandem in limitibus Trevirorum Loga-
nensi in pago portum reperit quietis, ubi exequiis in
Limburgensi S. Georgii basilica persolutis, extisque
ut videtur in monumento depositis, quod etiamnum
jacentis Regis suo in apparatu statuam exhibet, corpus
Fuldæ ad S. Bonifacii monasterium translatum est. Ce-
terum inscriptio hæc Limburgensem tumulum evane-
scentibus versibus coronat.

Hic jacet in tumulo Dux, per quem servitus isto

Fit celebris templo. Laus, virtus, gloria Christo.

Nec confundendus cum Imperatore Conrado est, qui
curiam vineasque in Camp eidem S. Georgii collegio
detulit, & anno MXXXIX vitâ decessit. Ducis verò no-
men eidem relictum est, quòd nondum Rex donatio-
nem contulisset.

Henricus verò Saxonie Dux ad quem moriens Con-
radus, tanquam successorem dignissimum, licet victo-
rem quondam suum, insignia transiniserat, ceterorum
quoque procerum votis Rex est designatus. quòd Otto
hunc Dux ex Luitgarde Arnulphi Imp. filia suscepisset,
ideòq; dignitatem generis cum virtute jungeret, quam
tum maxime declaravit, cum suâ unius sententiâ indig-
nus imperio haberetur. *Auceps* dictus; quod aucupio
intentus, secundis imperium avibus sit auspicatus.

Quo tempore Sigebodo Steinfeldiæ, in tractu Eifli-
aco Arduennæ Arebergam & Schleidam inter, nobilem
Parthenonem condidit, quòd, Ruotgero Archiepiscopo
suffragante, Sanctorum Potentini, Simplicii, & Felicii
Martyrum corpora, ex Cardonensi D. Paulini basilica,
ad novi templi inaugurationem transportata sunt. Sed
labente hoc loco sensim Vrginum disciplinâ, Springirs-
bacenses à Treviris Canonici, & post hos Præmonstra-
tensis instituti Clerici, qui hodie dum florente religione
possident, incoluere; ut Sigibodonem Hocstadenæ
gentis Comitem impensarum opum pœnitere non
possit.

Conradus
Rex mortu-
us ad Loga-
nam Limbur-
gi sepulchro
honoratur,
ut benefa-
ctor.

An. Chr. 920
Henricus au-
ceps post
Conradum
Rex Germa-
norum.

*Chron. Vr-
spergensis.*

Sigebodo
Comes Stein-
feldensis Mo-
nasterii au-
ctor SS. Mar-
tyrum cor-
pora Cardo-
na impetrat.

R

Alter-

921
Giselbertus
Dux in Lo-
tharingia li-
bertate ni-
mia in Eccle-
sias domina-
tur.

Rutgerus Ar-
chiep. malo
etiam exem-
plo fratri Be-
roaldo Abba-
tiam S. Mar-
tini tradit.

922
Henricus
Rex Simoni-
acis infestus
Bonna Syno-
dum cogit.

Nuptia con-
sanguineorū
adstringun-
tur.

Alternante hac etiam ætate procerum Lothari-
suum favore, nunc Carolus Rex, nunc Giselbertus Dux
rerum ferè potiebatur, cuius in opulenta quæque mona-
stera rapax magis libertas, quam liberalitas prædica-
tur. Unde cum Hilduinum quendam Tungrensi ob-
truderet Ecclesiæ (corruptus ære simoniaci) Episco-
pum, eumque Hermannus etiam Colonienſis ordinaret,
pervicit tamen Carolus Rex, ut Richarius Prumiensis
Abbas præficeretur, & Joannes X Pontifex majori il-
lum autoritate consecraret. Quamvis & Giselbertus

ad Regis Caroli obsequium sese receperit. Trevisis ve-
rò Abbatia D. Martini, Reginone amisso Præsule, ru-
sus nobilium cupiditati, intersersâ Abbatum lineâ, pe-
tuit, hæsitque labes illa Ruotgero Archiepiscopo, quod
frater ejus Beroaldus clientelari jure ejus prædia occu-
paverit. Quamquam eodem tempore valetudinis re-
cuperatæ beneficium S. Maximino deberet. Is enim
nondum à superiori inventione in sepulchro repositus,
id sibi obsequii ab Archiepiscopo per somnum imper-
di postulavit, & ne ingrato præstitisset, luem quâ con-
flictabatur sustulit.

Porro Henricus Germaniæ Rex, post illustrem ab
Hungaris victoriam, quâ secum Deus in excidium baro-
rum conspirasse visus erat, votum, quo se obligave-
rat, Simoniacæ ab Ecclesiæ, quam passim infecerat,
profligandæ, exsolvere conatus est. Quare etiam Re-
ge Carolo probante aliquot Episcopi cum Abbatibus
aliisque sacri ordinis viris Confluentiam ad Rhenum
ab illo evocati sunt: ut Hermannus Agrippinensis, He-
riggerus Moguntinensis, Thiedo Wirceburgensis, Lu-
tharius Mindensis, Dodo Osnaburgensis, Richonus Van-
gionum, Ricquinus Argentinensium, Wanno Pader-
bornensium; qui, Ruotberto tunc, ut apparet, valetu-
dine afflicto, multa pro Ecclesiæ bono sanxisse, inpo-
misque consanguineorum liberas nimium, extra gradum
etiam sextum, amandasse nuptias feruntur. ut licentiam
opinor, tantò severius adstringerent. uti Burchardus
post

postea Wormatiensis Episcopus scripto reliquit. Quæ Synodus cum Ivone non est alius ad Christi anni 912 efferenda, quando Henricus nondum præfuit.

Rex Carolus quoque Giselberti Ducis castigavit temeritatem, quâ se in Abbatiam Trajectensem, Trevericæ ereptam Ecclesiæ, jam pleno usurpandi jure ingesserat. Unde, exhibito Theodonisvillæ diplomate, ad VII idus Julii anni DCCCCXXIII, Ruotberto est restituta, quem & Carolus supremum regni sui Cancellarium agnoscit. Sed Lotharingia ad Henricum Regem transeunte, Giselbertus prædiis quibusdam, in Arduenna & Meginensi tractu, Archiepiscopo cedens jure præcaro dum viveret Abbatiam rursus impetravit.

Etenim Carolus Lotharingici regni terminos per Alsatiâ promoturus dum foris amplificandarum rerum satagit, Francici regni Proceres indignati unius Haganonis aulici autoritate, posthabitis ceteris, Rudolphum Burgundiæ principem pro Carolo Regem salutant, Herveo tamen Rhemorum Archiepiscopo, & quibusdam aliis obnitentibus, Quare Henricum sibi Caroloque Regem conciliandum rati, junctam Germaniæ nuper regno Lotharingiam, Comitibus procerum solennibus Bonnæ institutis, Henrico deferunt, pactionemque ultro citroque juramento confirmant, ita Carolo cum Henrico quidem pax, sed cum domesticis nondum certa erat. Veromanduorum enim Comes Heribertus, simulatâ amicitia Regem complexus Santquintini, vinculis eundem proditorie attingit, & Galliis Rudolpho panè neglecto dominatur; ut cum hujus denique gratiâ excideret, & Joannis X Papæ diras pertimesceret, Carolum iterum laxarit, pristinaque simulatione Regem, iccirco dictum simplicem, tenuerit, donec rursus interceptum in carceribus ad vitæ metam impulerit, feliciori sorte natum, quam morientem.

Nec Henrico sine controversia possidere Lotharingiæ regnum licuit, cum Wigericus Mediomatricum Episcopus resistē-

Rex Lothar.
Carolus Gi-
selberti liber-
tatem in bo-
nis Ecclesiæ
Trev. cohi-
bet.

An. Chr. 923
Carolus à
Francis op-
pugnatus
Lotharingiâ
Henrico Re-
gi Ger. cedit.

Ipsè à suis in
vinculis atti-
netur, & mo-
ritur.

924

Henricus Me-
tensem Epi-
scopum resistē-
tem frangit.

Episcopus Rudolpho Audia sua Metasque urbem addi-
ceret; sed cum Henricus mox adesset, & Ruotberto ac
Giselberto sibi adjuncto obsidione hominem premeret,
ultra sese ad obsequium submitit, hoc pacis fructu
quod altero ab hoc anno in pace quieverit, Benno

**Sed Bene-
dicto.*

An. Chr. 925
Benno suc-
cessor in Me-
tensi cathe-
dra Henrico
fidus.

Autor Mona-
sterii Einfide-
len in Helve-
tia.

927

Excecatur
improbè, & è
Treviris A-
delbero suc-
cedit.

Rurigerus S.
Matthiæ Ec-
clesiæ subve-
nit.

928

Synodo
Trev. institu-
ta sanctiones
Ecclesiasti-
cas condit.

D. Petri patri-
monio con-
sulit.

* absolutæ virtutis homine in cathedram subeunte
Qui Rudolpho Burgundiæ Regi junctus sanguine, ac
Henrico fide mansit. Eremiticæ quondam insuetas
sanctitati celeberrimum in Helvetia Asceterium (ubi o-
ratorium Deiparæ S. Meginradus crexerat) auspiciis,
quod ab Eremitis Einsidelen dictum, & hodieum mi-
raculorum hominumque frequentia notissimum est.
Sed Benno, ut bonus Pastor, lupos se pro ovibus pasce-
re comperit, quando illorum correcturus licentiam,
factiosis occupatus, luminibus orbatus est. qui cæcus li-
cet, vidit quod in perditorum moribus deprehenderet.
Henricus igitur Duisburgensi ad Rhenum synodo no-
xios investigavit, & pœnæ dedit, Adelberonem vero
ex suffraganeo Trevirensi in locum suffecit.

Ruotgerus postquã ante bienniũ Ecclesiam S. Eucha-
rii, nunc S. Matthiæ dictã, à Luitfridi inuasoris violentia
& injuriis, quibus illam profanus usurpator diu prelerat,
instauratis possessionibus, Henrici Regis imperio, ven-
casset: consulturus huic magis, & Ecclesiis dioecesi-
reliquis, Treviris Synodum, cum universo clero & suf-
fraganeis Episcopis Adelberone Metensium, Barnone
Virdunensium, & Drogone Leucorum instituit, ac
multa salubriter corrigendæ dissolutioni Clericorum
decrevit, Sanctionumque Ecclesiasticarum librum pro-
posuit, consensione omnium approbatum. Deinde cu-
rã eidem fuit, ut sparsum latius Trevirorum D. Petri
patrimonium conjungeret, quibusdam cum Alberto Au-
gentinensium Dynasta possessionibus, quas istic ob-
nebat, mutatis, Bevera aliisque in comitatu Bedensium
ceptis prædiis, quod Henrici Regis diplomate anno
sarn. Da, 929 firmatum est.

Giselbertum subinde Ducem, cum Henricus Rex, elatâ audacique suspectum indole, rebus novandis usurpandisque per Lotharingiam opportunum cerneret, maluit eum beneficiis tenere devinctum, quam adversarium formidare. Quocirca illum Gerbergâ filiâ in thalamum traditâ, generum sibi adoptat, Lotharingiamque ceu dotis confert nomine. Quâ ipse dignitate fretus longè deinceps in clerum asperior, sacra profanaque juxta habere cœpit, atque inprimis S. Maximini Religiosis infestus gravisque incubuit: donec castigatus cœlitus, odia demum in favorem, detrimenta in commodum vertit. adeò facilis virtutum magister Deus est.

Et hucusque propagasse Ruotgerus Archiep. vitam creditur. Quam honestè integrèque traductam, ad S. Paulinum tumulandus, conclusit. Rutbertus patre Rudolpho Burgundionum, & Italiæ (post devictum Berengarium) Rege, tum Bertha Arnolphi Boiariæ Ducis filiâ natus, acris vigilantisque ingenii Antistes, post illum suffragiis Trevirorum electus est. Qui synodo deinde Erfortensi (quam nonnulli ad annum remouent

936. cum Hildeberto Moguntino, Unno Hamburgensi, & Otholrico Augustonensi interfuit. quâ, inter cetera, vigiliæ ac festivæ Apostolorum solennitates impensè commendantur. Interea S. Maximini Abbatia cœnobiūque multa sustinuit à Giselberto perpetratu indigna, neque humanæ apparebat opis spes, cum Henricus Imper. frustra appellatus generum nollet offendere. Ergo religiosi ad Deum Sanctumque Maximinum supplici imploratione conversi, de cælo rogant auxilium: nec defuit. Sanctus enim Maximinus per quietem noctu Giselberto adest, graviterque ob maleficia increpitum, acri flagellatione perstringit; cujus non dolorem solum, verum & vices notasque jam vigil circumferret. Unde, ne quid in se durius statuerent cœlites, Treviros ipse festinus supplexque ad D. Maximini ædem incolasque divertit,

919
Henricus Giselberto Duci filiam cum Lotharingiæ administratione defert.

An. Chr. 950.

Rutgero Trev. Rutbertus sufficitur.

932
Synodus Erfortensis festa Apostolorum commendat.

933
Giselbertus Dux à S. Maximino castigatus, non solum Abbatiam liberâ, sed & locum, pleniorē, favore Henrici Regis, restituit.

renunciat Abbatiali dignitati, atque ab Henrico indultum impetrat, quo plena eis deinde libertas offertur, suo ex corpore Præsulem deligendi, tum verò & ipse non modicam rebus domi instaurandis pecuniam largitur, & Rex præter sumptus reparandæ basilicæ, Ecclesiam iisdem Theodonsvillanam, cum Mosella portorio, aliisque regalis fisci vectigalibus largitur. Dein religiosæ disciplinæ ad pristinum decus revocandæ Ogonem * priscæ sanctitatis virum proponit, qui Monasticorum votis facilius admissus est, quam æquo animo toleratus, quòd nonnulli opportuna morbi remedia aspernarentur. tantò promptiores per decliviam recto declinamus, quàm per ardua ad virtutem enitimur. Dyscolos igitur loco submovit, saniores ad sexagesimum usque numerum auxit, & ad Tungrensem Episcopatum vocatus, Willero post se Abbati locum fecit.

934
* aliis Hugo dictus.

Ogo vir sanctus præfatus dyscolos corrigit.

Acoluthus dissolutus vivus, Deo agente, comburitur.

Diaconus Virdunensis alter, è tumba resurgens pœnitentiâ severam agit.

Sed nec Deus cujusdam illic Acoluthi insolentem crapulam vitæque dissolutæ exemplum impune sustulit, qui non veritus subinde, ventre jam ante saginato ad sacram cum aliis mensam accumbere. Evenit, ut ministris inter, sub sacrificio thus adoleret, quando scintilla in lineam excussa vestem flammis repente totum involvit hominem, quæ nullâ ope, & nec affusis quidem largiter aquis extinctæ, vivum in conspectu omnium hominem absumerent. quæ Sigehardus, sub Ogonæ Monachus, temporis locique præfens arbiter, in falsis testatus est, Aliquantò mitius castigationis exemplum Frodoardus suo in Chronico (quem à Flodoardo Rhemensi Canonico, & ejusdem ævi Poëta aliqui distinguunt) nobis hoc etiam anno reliquit, in Adelmano Diacono Virdunensi. Ille enim pro mortuo funeris causâ jam feretro incumbens: cum mox vivus valensque de tumba in pedes enititur, & se altera ex vitæ reducem horrenda vidisse suppliciorum loca testatur, fontibusque adjudicatum pro vitæ merito, præcipitandumque æternum, ni Deipara cum D. Martino intercedens

eedens, vitam tempusque pœnitendi impetrasset. in quod se deinde omni contentione severioris disciplinæ impendit, levi mortis momento ad insignem pietatem instructus. adeò mortuorum quàm viventium saniora judicia sunt.

Henricus subinde, mortali, cum laude, defunctus regno, illud anno salutis 936. ad 6 Non. Julii moriens Ottoni filio reliquit. Qui, ut erat præcellæ indolis, communi Procerum voluntate Aquisgranum ductus, istic à tribus Archiepiscopis Hildeberto Moguntino, Rutberto Trevirorum, & Wigefrido Agrippinensium in regia Caroli magni sede inauguratus est. Moguntino ut Metropolitanarum post S. Bonifacium in Germania primo, præcipuas cæremonias obeunte. Nam, ut Witi-chindus scriptor refert, Ottonem basilicam subeuntem primò excepit, lævâque prehensum manu, lituum dextrâ præferens, media in basilica populo stitit: & ecce, ait electum à Deo, Henrico Rege, ac regni principibus Regem adduco. Si probatis, attollite manus. quod repenti ab omnibus cum applausu præstitum. Hinc ad aram deducto, insignia ordine, solenni appreciatione exhibentur, atque ad imponendum diadema Colonienfis Antistes, ut diœcesanus, accessit. Quamvis enim Trevirensis, hunc sibi tanquam institutæ ab Apostolo Petro sedis Antistes, præ ceteris honorem deprecere visus, modestiæ tamen studio hoc certamen declinavit. Gisbertus Lotharingiæ Dux, Aquensis tunc Palatii incola, omnibus, velut hospitibus, regale epulum ministravit.

Rutbertus domum receptus, ab Ada nobili Domina ex Folrado Ruotgeri Archiepiscopi nepote, in possessione dominatus Bruchiensis, nunc agri Lutzelburgiei, diplomate Ottonis Regis immissus est, anno regni ipsius altero. Eâ tamen lege, ut precario cis jure ad mortis diem frueretur. Ita renuntianti omnibus, nihil ademptum est.

Otto verò, ut religionis non minus, quam reip. civilis

R 4

vilis

An. Chr. 936.
Henrico Re-
gi defuncto
Otto filius
solenni inau-
guratione A-
quis surroga-
tur.

An. Chr. 938.
Ada Domi-
nium Bruchi-
ense Rutber-
to confert.

Magdebur-
 genſi Abba-
 tia, & Epifco-
 patui inſtitu-
 to Otto Rex
 ex S. Maxi-
 mino primū
 Abbatem &
 Epifcopum
 tribuit.

939
 Giſelbertus
 Loth. Dux
 rebellis cum
 Henrico Re-
 gis fratre, ab
 Ottone Dei
 ope vincitur.

Ludovicus
 quoque
 Francorum
 Rex fugatur
 poſt in affi-
 nem coop-
 tandus.

vilis ſtudio flagrabat, cū Treviros præſtantiffimis e-
 ruditione ac ſanctitate viris vidiffet excellere, inter me-
 dias Sclavorum gentes monaſticen & clericalem diſci-
 plinam propagare cupidus, illuſtri Magdeburgenſium
 Abbatia hinc ex D. Maximino primum delegit Anno-
 nem Præſulem, poſtea Epifcopum Wormatiensẽ. at-
 que intervallo eorundem Epifcopatui, nobiliſſimis pro-
 ventibus erecto, Adelbertum primum Archiepiſcopum.
 ceu gemina ejus loci futura ſidera. quorum luce exem-
 ploque ſi hodie dum regerentur poſteri, tam altā non
 mergerentur divinarum rerum caligine.

Giſelbertus interea Lotharingiæ Dux, pro connata
 ingenii mobilitate, & novandi cupiditate, bellum con-
 tra Ottonem, quantis poteſt viribus molitur, adjuncto
 ſibi Henrico Ottonis fratre, & Everhardo Franciæ ori-
 entalis Duce. His occuſurus Otto fortè exercitus ſui
 parte Rhenum ſuperaverat, cū Giſelbertus adfuit, di-
 viſasque in conſpectu Ottonis copias, præoccupatā jam
 ſpe victoriā, adoritur. Otto igitur, in illa rerum huma-
 narum deſperatione, ſuplex cum reliquis, ante Chriſti
 in Cruce triumphantis clavos exemplo Patris cum Lan-
 cea militari in labaro propoſitos, humi provolutus, di-
 vinam opem implorat. Nec fruſtra. Nam Ottonis mi-
 les, ex deſperatione mutuatus virtutem, atque in ſpem
 eniſus, non modò adverſarias proſligat copias; ſed Hen-
 ricum quoque lethali vulnere perſtringit. Nec ſegni-
 ter Otto victoriæ ſucceſſibus utitur, cum Francorum
 Regem, Ludovicum tranſmarinum Caroli ſimplicis fi-
 lium, conjuratis armis Alſatiam penetrare cognoſcit,
 quem repente converſis in eundem armis pari felici-
 tate victum in fugam agit, ac Briſacum, munitiffimum
 ſuperioris Alſatiæ caſtrum, ab Everhardo poſſeſſum ob-
 ſidet. Verum Fridericus Moguntinẽſium Antifteſ,
 partes rebellium amplexus, & traducto ad ſe milite,
 hinc Ottonem avertit. Sed mox iterum mutata belli
 eſt alea, quando Giſelbertum & Everhardum prædā
 graves,

graves, Udo Alemanniæ & Conradus Wornatiæ Comites, Ottonis Duces, infra, Confluentiam adorti, non præda tantum, sed & vitâ utrumque, cæsis ad internecionem copiis, exuerunt. Ad cuius prælii nuntium solus Ottoni terror ad Brisacenses expugnandos sufficit. Fridericus verò Moguntiacus cum Rutgardo Argentinenſi Episcopo exaurorati, iste Fuldæ, hic Corbeiz monasterium subiit ad pœnitentiam, quam abſolutis Rex imposuit: ut scirent Episcoporum arma optima esse pedum & breuiarium: illud gladii hoc clypei loco usurpandum. Ludovicum deinde Franciæ Regem Gerbergam viduam Giselberti & Ottonis sororem duxisse ferunt, conciliatumque Ottonem, Henrico nepoti Giselberti filio ducatum Lotharingiæ, Ludovico consentiente, indulgisse, sub tutela & administratione patru Ottonis.

Rutbertus verò Trev. Archiep. Ottonis Regis favore usus suæ archidiœcesis res amplificavit. Et Limburgensis quidem ad Loganam Ecclesia censu proventibusque, in gratiam Conradi Comitis, ab Ottone locupletata est. ^{941.} Mediolacense verò ad Saram Monasterium à Wicelino Trevirorum Comite vastatum, legisque solutum, postquam Rutvicum, ex S. Cornelii ad Aquas Monasterio accepisset Abbatem, ipsius culturâ & Rutberti Ottonisque beneficiis, ad pristinum rursus florem emerſit, facultatemque à Rege obtinuit, submotâ potestate secularium, suo ex corpore legendi Abbatem. Ara istic D. Petro erecta hanc Archiepiscopi inscriptionem tenuit.

Claviger alme poli, Rutbertus mente fideli.

Hanc tibi præclaram Præsul devoverat aram.

Interea D. Maximini basilica è ruderibus ampla rursus specie emerſerat, quam Rutbertus cum Adelberone ^{942.} S. Maximini Mediomatricum Episcopo, aliisque Prælatis senis, illustri cæremonia consecravit corporibus Sanctorum Agnicii, Maximini, Nicetii, Basini, & Weomadi, in ea, quæ sub ara principe visitat, crypta reconditis.

R 5

Sed

Conradus gener Ottonis Lotharingie præfectus Rutberto gratias. Sed aliunde Rutberto tempeffas à Conrado, Henrici Lotharingie Ducis recens defuncti fucceffore, incubuit, qui & Francie orientalis Dux, Regifque Luitgarde filia Ottonis ducta, animofus gener, Archiepifcopum Trev. cum Richario Tungrenfi perfidie arguere cepit; fed cum authoritate magis, quam veritate niti in Duisburgenfi Synodo compertum effer, uterque à calumnia abfolutus effer. Hic tamen brevi poft defunctorum

944
 * *Alii Hugonem.* Ogonem * S. Maximini Abbatem fuccefforem habuit invitum quidem; fed fruflra Regi obnixum, qui dignum loco ac honore virum jure cenfuit: Et Leodiensibus ejus grata perflat memoria. Nam & Collegium Canonieorum S. Petri ex reliquiis Monafterii Benedictorum à Nortmannis everfi aliifque prædiis locupletatum, inffituit, ut triginta Canonieorum, alimentis fufficeret. & S. Lamberti collegium, tantâ auxit dignitate ac virorum præftantium frequentia, ut id temporis XIII. ex illo Abbates legerentur.

945
 Richario Tungrenfiu inffitauratori Epifcopo Ogo Abbas S. Maximini fufficitur. Rutbertus verò Trajeftenfem S. Servatii Abbatiam fæpius à feularibus abftrectam poffefforibus novorum Ottonis diplomate bafilicæ S. Petri Treviromum afferuit, quod hoc anno 945. in Thalahem * 14. cal. Jan. ab hibernante obtinuit. verum hæc Abbatia pilæ iudicis, ut data Rutberto fic Henrico rurfum fucceffori ab eodem Ortone adempta, ac fubinde per Ottonem III. Egberto effer reffituta; ut & vacillans Ottonis Magni cetera Rutbertum favor, jus fupremum Abbatie Maximiniane eidem abjudicavit.

* *Dalheim.* Abbatia S. Servatii Rutberto nunc reffituitur, nunc eripitur. Hoc tamen in fingularibus Ottonis beneficiis Ecclefia Trev. à Comitis jurifd. libera agnofcitur. fua Trev. numerat, quod eam, Ludovici Regis exemplo, ab omni Comitis jurifdictione, & regalif ademptionis confortio exemptam, unius Archiepifcopi potestati tranfcripferit, nec Rheni Mofellæque telonis obnoxiam effer folenni diplomate ad vi. cal. Febr. ann.

An. Chr. 947 DCCCCXLVII. Francofurti decreverit. Rhemenfis inter hæc natum Ecclefie fchifma Rutbertus

bertum cum Ottone Germanorum & Ludovico Gallo-
rum Regibus distinuit. Contra Artaldum enim, Anti-
stitem loci, factione Procerum obitusus Hugo Comitis
Heriberti potentissimi filius, Joanne & Stephano Pon-
tificis probante; sed Agapito deinde improbante, ca-
thedram invaserat. Unde Ludovicus Rex Ottonis ope
Rhemos interceptit, Artaldumque reposuit. Sed hic
conjuratone procerum, & Hugonis alterius Principis,
Regi adversantis, vi stare vix poterat. Unde Rutber-
tus & Viridunensi & Mossunensi Episcoporum concilio,
Apostolicâ fretus autoritate, Hugonē damnavit. Cum-
que hic denique supposititias velut ab Agapito Pont.
obtruderet approbationis literas, Marinus Româ lega-
tus adfuit, novâque Ingelheimii Synodus, utroque Re-
gum præsentia, instituta est, ubi in XXIV. Episcoporum
præsentia Artaldi probata electio, Hugonis, urgente in-
primis Rutberto, damnata est, aliaque salubriter decre-
ta. tum denique Ludovico Regi contra rebelles, impri-
misque Hugonem Principem, (qui & in Treverica Sy-
nodo, Marino Legato Præsidente, Ecclesiæ communionem
seclusus est) delata à Lotharingiæ Proceribus auxilia,
quibus Artaldus suæ cathedræ, Rex coronæ est restitu-
tus. quam tamen ægrè inter perpetuas jactationes sal-
vâ ad tumulum traduxit, Lothario post se ex Serber-
ga successore relicto, eo serè, quo in Merovingis ex-
spirantibus eventu; ut Reges, dum regerent, suorum
plurique arbitrio regerentur, & penes illos dignitas, pe-
nes alios esset potestas. quæ deficientium solet esse
regnum prima ægritudo.

Alia porrò Rutberto jus pristinum Abbatîæ Maxi-
minianæ sibi vendicanti, cum Willero Abbate contro-
versa extitit. Lotharingiæ, ut supra vidimus, Duces id ul-
timò usurpatû restituerant. quod cum Willerus, tã Põ-
tificis Agapiti, quàm Ottonis Regis patrocinio fretus
ad se revocasset, Rutberto tum temporis cedendû fuit.
Sororis tamen Adelheidis sorte felicior extitit. Hæc
Lotharii Italiæ Regis defuncti uxor, à Berengario
Juniore

Schisma Rhe-
mensis Ec-
clesiæ per
Rutbertum
& Legatum
Rom. favente
Ottonem,
compressum,
& Hugone
invasore
damnato,
Artaldus se-
di redditus.

948

Ludovico
Rege Franc.
mortuo Lo-
tharius fil.
ex Sorore
Ottonis sub-
stitutus.

An. Chr. 950.
Wellerus
Abbas con-
tra Rutgerû
jus liberum
Abbatîæ ob-
tinet.

951

Juniore

Otto Adel- Juniore regni inuasore in custodiam data erat; Cum per
heidem Rut- avunculum Athonem Otto Rex ad liberandam illam
geri sororem ducendamque in conjugem cum dote Italiae invitatus,
Lotharii Re- tam benignam sortem, Pontifice hortante, amplexus est,
gis Italiae vi- ductoque trans Alpes exercitu Berengarium facile pro-
duam libe- fligavit, ac Ticinum ingressus Adelheidem solennibus
rat, ducitq; sibi despondit nuptiis. Reversus tamen in Germaniam

952
Berengarius
victus sup-
plexque ad-
ministratio-
nem Italiae
obtinuit.

953
Pro Conrado
genero Bru-
no Lothar.
præficitur.

954
Conradus
Hungaros
inducit.

955
Facti poeni-
tens ab Hun-
garis ad Ot-
tonem redit,
& occumbit
victor.

Conradum generum Lotharingiae Ducem perficiendo bello reliquit. A quo pressus Berengarius, cum Adelberto filio supplex ad Ottonem venit, ac clientelari jure administrationem Italiae obtinuit, novam deinde rebellionem ab eodem concitandam. Sed & Conradus unam cum Lutolpho Ottonis filio Lotharingisque Francos, Saxones, Bavarosque in arma adversus Ottonem concivit. Qui ubi deinde Brunonem fratrem, post Wigfridi mortem, Coloniensibus dedisset Archiepiscopum, virum bello sacerdotioque inclytum, eundem quoque Conradi loco præfecit Lotharingiae, plerisque Episcoporum in gratiam jam receptis. quibus demum & Moguntinensis accessit. Conradus porro rebus desperatis ad juratos omnium hostes Hungaros confugit, eosque magnis primum copiis traduxit in Lotharingiam. qui depopulationibus, incendiisque omnia confuderunt. Et, his in Italiam nullo ad victoriam emolumento digressis, majorem Hungarorum anno sequenti exercitum in Bavariam traxit, Ottone gravi Sclavorum bello implicito: ut cum octo illis tantum legionibus objiceret, hostesque metuendi omnibus incumberent, suoque jam magis, quam Conradi arbitrio regerentur, hic patriam a se proditam tactus poenitentiam ad Ottonem supplex transiit, vitamque donatus, hanc Deo se offerre in piaculum violatae fidei testatus est, verisimiliterque cum Ottone in Hungaros armis, labantem suorum aciem, ut erat expertae virtutis, potissimum sustinuit, ut in alteram usque lucem productum steterit praelium, quae cum esset D. Laurentio sacra, Merseburgensem Episcopatum ejus honori promisit Otto, si victoriam periretur.

potiretur. Ex quo tempore illi ad Lycum flumen omnia fuere cum ventis undisque ad pugnandum secunda, incredibilique strage hostes, qui se vinci posse negaverant, cadente tamen Conrado, prostravit: ut omnem præteritæ ætatis gloriam hac victoria superârit.

Dira subinde pestilentia lues Germaniæ Galliæque Pestilentia incumbens etiam Rutbertum Trev. Archiepiscopum ingruens etiam apud Ubios celeberrimo Procerum comitio immorantem am Rutbertum sustulit, insignique virtutis famâ defunctum Tre- tum Archiep. viris D. Paulini cæmeterium excepit. Sub quo Mona- tollit. stica apud Prumienses ac Mediolacenses disciplina, se- cius aliquamdiu curata, cum eximia culturæ eruditionis laude, rursus caput extulit. Severus quoque presbyter in Terrotina Italiæ valle repertus, atque ad Meinfeldiam Trevirorum translatus existimatur.

Otto, ut res suas per Lotharingiam magis stabiliret, An. Chr. 956. hoc Trevis obtinuit, ut HENRICUM affinem suum in Henricus Ot- defuncti Archiepiscopi locum eligerent: cum Bruno- tonis affinis nem haud leviter seditiosi Proceres suarum quique re- Archiep. rum satagentes exagitarent, diversique comitum ac- Trev. eligi- tur. tur. ducum titulis per Arduennam, Mosam, Schaldimque sensim emergerent. Porrò Henricus cum S. Wolfgang- S. Wolfgang- go, Ratisbonensium postea Episcopo, ex Suevica Pulin- um secum gensium familia comite, in Augiensis monasterii disci- in literis e- plina, ad eruditionem pietatemq; egregiam formatus, ducatum hunc à se divelli passus non est; sed primò cum eodem Trevirim tra- Herbipolim, ad Popponem fratrem, loci Episcopum, de- ducit. flexit, ibidemque à celebris doctrinæ viro Stephano, ex Italia ad hanc scholam accersito, eminentioribus studiis, imbutum, deinde secum ad Trevirensē urbem traduxit, ejusdem virtute ac consilio fruiturus: ubi tamen il- Ubi is, licet le, præ oblatiis honoribus, formandæ bonis literis mo- illustri gene- ribusque juventuti dare operam maluit; quam ex Scho- re, primum lastico hoc pulvere ad aulica sese Henrici transferre con- in Scholis silia. Quin tamen postremò summæ ædis sacerdotium Magister: de- ac Decanatum quoque admitteret, devitare non potuit. inde, in sum- Cui sese muneri tam impendit sedulum, tamque Cano- ma æde De- nicæ canus, Cano-

nicæ

nicos ad regularē communemque convictum reduxit.

nicæ inter omnes disciplinæ revocandæ navus solersque extitit; ut more prisca consuetudo, ad communem omnem vitam mensamque, sub eisdem claustris legumque institutis, reduxerit. Quod arduum non minus impetratu ab assuefactis vitæ jam liberiori, quam inter pollos continuatus fuit. cum difficilius sit laxatum habens equum regere, quam adstrictum, licet obluentem, retinere. Sed exempla cum Principis, tum Decani ad virtutem egregia, ipsis potentiora verbis ad persuadendum fuere. Frigidè suadet, qui diversa, quam suadet, opere confectatur.

An. Chr. 957.
Crucibus
Treveris plu-
it. Unde Hen-
ricus Archi-
ep. Crucem
lapideam,
quæ in foro
visitur, erexit

Memorable sub hoc tempus prodigium ad venerationem passionis Christi passim visum est, quando crucis de cælo labi, vestibisque passim hominum visæ ad hærescere, aliis religionem, aliis etiam risum, sed non impunem, excussere. Henricus certè ad Crucis S. memoriam ac venerationem palam omnibus ingenerandam, medio Crucem lapideam foro, cum hac inscriptione, designari voluit. *Ob memoriam signorum Crucis, qua calatus super homines venerunt Anno Domin. Incarnate DCCCCLVII An. vero Episcopatus sui II Henricus Archiep. Trev. me erexit.* Et quæ hæretici seculi nostri fronte Crucem aspernantur, quam Cælum mortalibus imprimere, ac præsignare visum est? Iidem si lubet in Annalibus Trev. hujus ætatis meditentur S. Firmini Episcopi Verdunensis Suffraganei nostri, ex S. Vitoni Ecclesia, Flaviniacum ad Tullensem dioccesim translationem, quæ tot pænè miraculis, quot pagorum translationibus signata, in plurimorum affluxu conspectuque hominum fuit: claudis, cæcis, surdis aliisque miseris restitutis, quibusdam etiam, ad observantiam sanctæ præstandam, utiliter castigatis, ut Deo familiare est quosdam plectere ut multos seruet, & puniendo etiam misereri.

959
S. Firmini
Verdunensis
Episcopi
translatio ad
Tullenses
multis pro-
digis illu-
strata.

960

Lotharingiæ proceres rursus Innone quodam Duce in arma coorti, à Brunone adventante, humanitate magis, quam armis victi, Fridericum Comitem Otto-

nis Comitis Viridunensis (quondam eisdem præfecti) Bruno rebel
 filium acceperunt Moderatorem , qui primus structo
 Barri domicilio ejus loci Comitum Ducumque origi-
 nem dedit. Uti Immo in castro Capræmontis haud
 procul Leodio ; Robertus verò superius ad Mosam in
 Namuro arce, unde Namurcenses Comites, sedem fi-
 xerant, quâ non poterant dimoveri. Quare cum nec
 bello Bruno posset, nec pace conciliari vellet, induciis
 quies reperta est.

Bruno rebel
 les Lotharin-
 gos utcunq;
 componit.

Et Berengarii hac ætate tyrannis in Italia omnem sa-
 crorū reverentiam excusserat, Villâ uxore, ac meretrice
 impudentissimâ hominem ad quævis insana circum a-
 gente, cui Adelbertus & Albricus Romanæ urbis con-
 sules ad Ecclesiam opprimendam suffragabantur. Joan-
 nes igitur ejus nominis XII Pontif. Ottonem, legatione
 missâ ad liberandam urbem, coronamque imperialem,
 legibus à Carolo Magno utrimque constitutis, invitat.
 Nec moratus Otto, postquam egregiæ indolis ex Adel-
 heide filium Ottonem II Aquisgranum, cum Brunone
 fratre Agrippinatum, & Wilhelmo filio Moguntinensiu
 denique Henrico affine Trevirorum Præsulibus, Aquif-
 grani Regem Germ. inaugurasset, in Italiam conjuge
 sociâ profectus, omnia vel metu, vel amore prona ad
 obsequium reperit. Ticinum ingressus ubi ruinas Be-
 rengarii reparasset, Mediolani ferream pro more coro-
 nam ab Archiepiscopo retulit; ac subinde Romam anninatur primus
 sequentis principio ingressus, deductusque omnium or-
 dinum obsequiis, solenni cæremonia in Vaticano Au-
 gustalibus à Joanne Pont. insignibus est decoratus, pri-
 musque translatum à Francis & Carolingis imperium
 Romanorum in Germaniam attulit, fortissimam illius
 hætenus quam semel occupavit dignitatis propugna-
 tricem, ne majori dedecore amittat, quam gloriâ acqui-
 sit. Metuendum tamen, ne, ut immoderato novan-
 dæ religionis studio, religionem multis regionibus pes-
 fundedit; ita & novandis imperii legibus pessundet im-
 perium, & libertate majori quæsitâ perdat libertatem;
 jugum-

961

Otto coro-
 nat Aquif-
 grani Otto-
 nem fil.

An. Chr. 962
 Progressus in
 Italiâ coro-
 nâ Germaniæ
 Romanorū
 Imperator.

jugumque servitutis, dum excutit, subire cogatur. Extrema in arduis ad præcipitium iam spectant. Franci languore imperandi augustissimo exciderunt imperio; cavendum Germanis, ne excidant ardore. Multi tamen imperantes, ut iste perdiderunt imperium; ita hic quoque erunt formidandi. Fortissima optimeque formata corpora, ab uno capite reguntur: multa capita monstrum efficiunt, non minus in regno, quam natura.

Ad Ruthenos Christi fide imbuendos missus è S. Maximino Adelbertus malè excipitur. Miserat ante annum Legatos ad Ottonem Helenam sive, ut alii, Elga Russorum, sive Ruthenorum Regina, Constantinopoli Christo autorata, & ad gentis suæ conversionem virum rogavit Apostolicum submitti. Destinatus in hanc rem Adelbertus Maximiniani apud Treviros Monasterii, excellens quæ eruditione, quæ virtute cœnobita, Episcopali ad hoc munus dignitate instructus. Qui cum aliquot eò sociis profectus, intractabilem gentis barbaricam nequicquam sub mite Christi jugum conatus inflectere, magis efferavit; ut vix incolumis, plerisque sociorum occumbentibus, in Germaniam rursus evaserit, seu Reginae impotentia, seu dolo in hæc retia abstractus. Ottoni verò deinceps in prelo fuit, periculoque obito favorem auxit.

An. Chr. 963. Puer S. Maximino à Parentibus consecratus miro eventu ab illo servatur. Aliud S. Maximini apud Treviros basilica exemplum posteritatis dignum memoriâ, Rege Ottone Juniore istic præsentè, conspexit. Filius Reginonis & Engelæ de Brambach à parentibus D. Maximino, cum onere duorum quotannis denariorum, ab ipso & posteris solvendorum, consecratus, adhuc puer à raptore milite trahebatur. Is cum pontem Trevericum adiisset, oblitans, atque ad S. Maximini ædem elata voce conversus, exclamat: *Sancte Dei, adjuva me.* Miles adhuc indignatus dum verbera ingerit, à præcipite equo exposito in aquam ejicitur, puerò innoxie super pontem relicto. Unde is ad Sanctimaximinianum Abbatem Wickerum delatus, rem totam aperuit. Hic eundem Regem rogavit, factique memoriam ab eodem regio sigillo confirmatam accepit. qui puerum quoque cum posteritate

ab omni Advotatorum onere, eodem diplomate, anno salutis 963, regni tertio XII. cal. Augusti, absolvit. Et negabimus adhuc, Sanctos exaudire hominum preces, qui tam subito, hinc ad opem, inde ad ultionem mortalibus e caelo praesentes adsunt?

Lutzenburgi etiam Comitum, a quo genti ubique nobis vicina fama & nomen petitur, huc jure origo refertur. Sigefridus ejus loci primus Comes dum alii in Lotharingia alia munitionum praesidia ambiunt, castellum illic in edito monte parvum (ut nomen sonat) in Comitatu Godefridi Comitis, in pago, ut vocant, seu ditione Metingovvia situm, a Religiosis Maximini Treviris, quorum proprium erat, permutatione praedii Ficulni in Arduenna sub comitatu Giselberti positi, obtinuit, Brunone Colonienfium & Henrico Trev. Archiepiscopis, cum Wickero Abbate, ad xv. cal. Maij probantibus, ut ex diplomate anni 963 multis obstruat fabulis aditus.

Lutzenburgorum Comitum origo a Sigefrido.

* vulgò. fuit.

Quo tempore Joannes Rom. Pontifex, uti moribus, Joannes Pacifici consiliis lubricus, suis contra Ottonem favere adversariis Berengario & Adelberto coepit. ut iccirco, qui in fide steterant, accersitum Ottonem, Joanne Pont. profugo, intra moenia receperint, Synodoque ille convocata, cui & Henricus Trev. Adalelagus Hamburgensis, Orgerus Spirensis, & Landvardus Mindensis adfuere, Joannem sede Apostolica indignum, Leone Protoscribario substituto, perperam decreverint. Joannes vicissim diris omnes devovit. qui, absente contra Adelbertum Imperatore, ad urbem a suis revocatus fautoribus, Leone pulso, alia Synodo acta Ottonis Leonisque damnavit, ac, fortunam arridente, ad pristina rursus devolutus flagitia, repente, non sine ulciscente Numine, divinitus percussus interiit: moxque a Romanis Benedictus in locum sussectus est. Quocirca percitus ira Imperator, reducto exercitu urbem occupavit, repositoque in sedem Leone, Benedictum exauctoratum in Germaniam Hamburgum ablegavit. Hanc tamen Susperis

pa lubrica vita & fidei homo Ottoni adversatur, & sede dejicitur.

964.

Miserè perit, & qui eundem male condemnarunt, plectuntur.

S

peris

Et Henricus
Archiep.
Trev. peste
in Italia in-
terit.

peris displicuisse. tragœdiam, quâ in sacris, pius ceteri
Imperator, licentius, quàm profanum decuit, versatus
est, ingens pestilentia, quæ exercitum proceresque, in
quibus & Henricus Trev. Archiepiscopus fuit, depulsa
est, haud vano argumento exploratum est. Quan-
quam Berengario victo captoque, atq; in Bavariâ amari-
dato, pœnam malè factis à Deo destinatam, & infli-
xerit, & passus sit. Flagelli instar, quod
dum punit, frangitur.

